



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XIII. Dieterich von Kerkow bekundet mit seinen Söhnen und Brudersöhnen,
gegen Resignation des Schlosses Schildberg das Schloß Boizenburg mit
zehn nahe gelegenen Dörfern zu Lehn empfangen zu haben, am ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

aut alias ad structuram suam in vectura lapidum et lignorum manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injunctis sibi annuis penitentis misericorditer indulgemus. Datum Cedelic, anno domini MCCLV., VII Kal. Maij, Pontificatus nostri anno tertio.

Aus des Rectors Hinte zu Brandenburg Einladungschrift von 1749, welcher das Original besessen hat, mitgetheilt vom Superintendenten Kirchner in Graussee.

XIII. Dieterich von Kerkow bekundet mit seinen Söhnen und Bruder söhnen, gegen Resignation des Schlosses Schildberg das Schloß Boizenburg mit zehn nahe gelegenen Dörfern zu Lehn empfangen zu haben, am 10. August 1276.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis amen. Theodericus de Kyrchowe et filii sui nec non filii fratris sui domini Georii bone memorie omnibus hanc literam audientibus et cernentibus salutem in domino. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos gloriosis principibus dominis nostris marchionibus brandenburgensibus Iohanni, Ottoni et Conrado castrum et civitatem schiltperge cum uniuersis bonis adherentibus resignauimus motu proprio et libera voluntate. In quorum honorum restaurum dicti principes castrum boyceneborch cum decem villis adjacentibus nobis manu parili et conjuncta contulerunt, quemadmodum in eorum priuilegiis est expressum. In cuius rei validum testimonium presens scriptum conscribi fecimus, sigilli nostri munimine roboratum, cum testium subscriptione, quorum nomina sunt hec etc. Acta sunt hec in Tangermunde; anno domini M^o. CC^o. LXXVI^o., III^o idus augusti.

Aus einem Copialbuche des K. Geh. Staatsarchives.

XIV. Priuilegium des Bischofs Heinrich von Camin für die Besitzungen der Tempelherren, vom 25. August 1285.

Cristi fidelibus uniuersis. Nos Hermannus, Dei gratia Caminensis ecclesie episcopus, in perpetuum etc. Perpendentes in conspectu nostro diuini nominis cultum ac multifarie multisque modis obsequia nobis ac nostris per dilectos nobis in Cristo preceptorem et fratres domus militie templi affectuose exhibita ac devote incessanter perfecta, cum circa preterita sit presumendum de futuris, denique quod hospitalitati sine intermissione ac delectu dant opem et operam utique efficacem, indulgemus eisdem ut omnes mansos, agrös cultos et incultos, prata et pificationes et campos residuos ultra mensuram, in priuilegiis prefectorum ac ipsarum, quas de novo locauerant villas, comprehensam, libere valeant cum omni uutilitate ac proventu in suos usus convertere prout sibi prospexerint condecenter, nihil nobis ac posteris nostris in eorundem fratrum bonis reservantes juris, preter triginta octo talenta Brandenburgensium denariorum nobis ac duodecim talenta et quatuor denarios minus septem solidis, que sine contradictione seu difficultate qualibet nostris Caminensibus canonicis annuatim persolvent, volentes in omnibus aliis parcere fratribus